



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Marcvlf Monachi Formvlarvm Libri Dvo

Marculfus <Monachus>

Paris, 1635

XIII. Si quis extraneum hominem in loco filiorum adoptauerit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10644

XIII. *SI QVIS EXTRANEVM
hominem in loco filiorum
adoptauerit.*

Dominus fratri illi, ille. Dum peccatis meis facientibus, diu orbatus a filiis, & me paupertas, & infirmitas afficere videtur, & te, iuxta quod inter nos bona pacis placuit atque conuenit, in loco filiorum meorum visus sum adoptasse. Ita ut dum aduixero, victum & vestitum, tam in dorso, quam in lecto, seu calciamento mihi in omnibus sufficienter impertias, & procures, & omnes res meas, quascumque habere videor, tam manso, vinea, prato, peculio, seu reliqua supelle-
ctile domus mea, saluo iure illo, me viuente in tua potestate recipere debeat. Propterea tibi hanc epistolam fieri decreui, ut neque ego, nec nullus de heredibus meis, aut qui-
cumque

cumq; hanc conuenientiam , inter nos factam emutare non possit, sed sicut superius continetur , meas necessitates dū aduixero debeas procurare; & omnes res meæ , & ad pñsens , & post meum discessum , in tua potestate permaneant; & quod tibi exinde placuerit , faciendi , liberam habeas potestatem . Quod si aliquis , hoc , quoque tempore emutare voluerit , inferat tibi tantum , & quod repetit vindicare non valeat ; sed præsens epistola omni tempore firma permaneat .

XIII. PACTVM INTER PARENTES de eorum hereditate.

Q Vicquid enim inter propinquos , de alode parentum , nō à iudiciaria potestate coacti , sed spontè manente charitate iuste debita vnicuique portio terminatur , non de rebus detrimentum , sed